



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Iohanni Priori de Mariadura ejúsque fratribus tam praesentibus quàm futuris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

ritis adjuvari. Datum Laterani &c. pontificatus nostri anno secundo.

*EPISCOPO VERCELLENSI  
& Abbati de Lucedio.*

Epist. 295.  
Eis committit-  
causa que-  
dan Mediola-  
nenis.  
Vide To. IV.  
ital. fac. pag.  
1689.

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilis fratri Vercellensi Episcopo & dilecto filio Abbati de Lucedio salutem & apostolicam benedictionem. Cùm causam quæ inter dilectos filios Abbatem & monachos ex una parte, & Praepositum & Canonicos sancti Ambrosij Mediolanensis ex altera, super interdicto & quibusdam aliis vertitur, procuratoribus partium apud sedem apostolicam constitutis, de voluntate ipsorum dilectis filiis I. Archidiacono Mediolanensi, sancti Iohannis Papiensis & sancti Iohannis de Trenno Praepositis commis- serimus terminandam, iphi, quemadmodum nobis suis litteris intimarunt, cùm non possent ad invicem concordare, partes ab observatione sui iudicij absolventes, ad nos negotium integrum remiserunt; quod ab Abbatे & monachis memoratis coram dilecto filio nostro I. tituli sancti Stephani in Cœlio monte Presbytero Cardinali, cui partes commisi- mus audiendas, sub forma qua fuerat pri- mis judicibus delegatum, committi personis aliis petebatur; parte altera con- trarium postulante. Quia verò nihil est rationabiliter allegatum quare circa præmissam commissionem de communi partium voluntate imperatam mutare aliquid deberemus, cùm circa negotium ipsum nihil fuerit immutatum, volentes ut finis litibus imponatur, causam ipsum vobis duximus committendam, per apostolica scripta mandantes quatenus juxta tenorem prioris commissionis in negotio ratione prævia procedatis. Datum Late- rani IX. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno secundo.

*JOHANNI PRIORI  
de Mariadura ejusque fratribus tam  
præsentibus quam futuris.*

Epist. 296.  
De confirma-  
tione privile-  
giorum.

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Iohanni Priori domus quæ est in loco qui Mariadura dic- citur, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quoties à nobis petitur quod rationi & honestati convenire dinoicitur, animo nos decet li- benti potentium desideriis congruum suf- fragium impetriri. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationi-

Tom. I.

bus clementer amuimus, & prædecesso- rum nostrorum felicis memoria Calisti, Innocentij, Celestini, Anastasij, Adria- ni, Alexandri, Lucij, Urbani, Clemens, & Celestini Romanorum Ponti- ficum vestigiis inhærentes, hospita- lem domum quæ est in loco qui Mariadura vocatur, quam nobilis vir Gan- dulfus & uxor ejus Gisla beato Petro devotionis intuitu obtulerunt, in qua Domino deservitis, sub beati Petri & nostra protectione sufficiimus & præ- sentis scripti privilegio communimus, statuentes ut præfata domus tam ab E- piscoporum quam aliarum ecclesiastica- rum vel secularium personarum sit gra- vamine libera, & in eodem statu libertatis sub principiis Apostolorum Petri & nostra protectione ac tutela permaneat. Præterea qualcumque possessiones, quæ- cumque bona, tam ex dono prædicti. Gandulfi & uxoris illius Gisla, quam aliorum Dei fidelium concessione vel oblatione, idem hospitale in præsentiarum justè & canonice possidet, aut in futu- rum Deo proprio rationabiliter poterit adipisci, firma vobis vestrisque successo- ribus & eidem hospitali ad sustentatio- nem peregrinorum ac pauperum Christi firma & illibata permaneant. in quibus hæc propriis duximus exprimenda voca- bulis. Ecclesiam videlicet sancti Leonardi de Caro, hospitale quod dicitur fon- tana Theodorici. Auëtoritate quoque apostolica interdicimus ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus col- litis, seu de nutrimentis vestrorum ani- malium, nullus omnino Clericus sive lai- cus à vobis decimas extorquere præsumat. Ordinationes sanè Presbyterorum vel Clericorum vestrorum à Placentino accipietis Episcopo; si tamen catholicus fuerit, & ea vobis gratis & absque mole- stia voluerit exhibere. Alioquin pro eo- dem sacramento catholicum, quem ma- lueritis, Præfulem adeatis. Libertates præterea & immunitates, necnon anti- quas & rationabiles consuetudines domui vestrae concessas, & haëtenus observatas, ratas habemus, & eas futuris temporis illibatas manere sancimus. Obeun- te verò te nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violen- tia præponatur, nisi Clericus quem fra- tres communī consensu vel fratrum pars consilij sanioris secundūm Deum provi- derint eligendum. Ad indicium autem

Yyy

quod domus vestra propriè ad jus beati Petri pertineat, nobis nostrisque successoribus tres libras cere annis singulis persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat &c.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Octavianus Veletrensis & Hostiensis subscripti.

Ego Petrus Portuensis Episcopus.

Ego Iohannes Albanus Episcopus.

Ego Pandulphus Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis.

Ego Petrus S. Cæciliae Presb. Cardinalis.

Ego Guido tit. S. Mariæ Presb. Cardinalis.

Ego Hugo Presb. Card. S. Martini.

Ego Iohannes S. Stephani in Cœlio monte Presb. Cardinalis.

Ego Sofredus S. Praxedis Presb. Cardinalis.

Ego Bernardus S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis.

Ego Iohannes Tit. sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis.

Ego Bernardus Tit. S. Marcelli Presb. Cardinalis.

Ego Gratianus SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardinalis.

Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis.

Ego Cencius S. Luciae in Orthea Diaconus Cardinalis.

Ego Hugo S. Eustachij Diac. Cardinalis.

Datum Laterani per manum Raynaldi Archiepiscopi Acheruntini, Cancellerij vicem agentis, I V. Nonas Iulij, Indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M C X C I X. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

*GVILLELMO DOMINO  
de Montepessulano.*

Epist. 297.  
Recipitur sub  
protectione se-  
dis apostolice.

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei nobili viro Guillelmo Domino de Montepessulano salutem & apostolicam benedictionem. Sancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex assuetate pieratis officio propensiis diligere conふuit. Eapropter, dilecte in Domino fili, devotionem quam erga beatum Petrum

& nos ipsos habere dinoscere attendentes, personam tuam, cum omnibus bonis quæ nunc rationaliter possides, aut in futurum justis modis poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Datum Laterani VI. Idus Iulij, pontificatus nostri anno secundo.

*E I D E M.*

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili virro Guillelmo Domino Montepessulani salutem & apostolicam benedictionem Litteras nobilitatis tuae per dilectum filium R. Subdiaconum nostrum, Massiliensem Præpositum, de illis partibus redeuntem, nobis directas, debita benignitate receperimus, gaudentes in Domino quod præclaræ mentis progenitos tuos, quos in devotione apostolicae sedis jugiter permanisse opera quæ fecerunt certis indiciis protestantur, in hac parte non solùm imitari niteris, sed præire. Vnde propositum tuum dignis laudibus commendamus. Nos igitur te, sicut carissimum filium, volentes indefinenter de virtute ascendere in virtutem, devotionem tuam, pro his quæ haec tenus ad honorem apostolicae sedis & nostrum beneficisti, copiosa gratiarum actione prosequimur. Et quoniam postulasti à nobis ut ad destruendam hæreticam pravitatem illuc legatum à nostro latere mitteremus, & te redderemus protectione apostolica præmunitum, fecimus quod petisti, & virum quem invenimus secundum cor nostrum, fratrem Rainerium, hominem religiosum, timentem Deum, illuc duximus destinandum. Datum Laterani VI. Idus Iulij, pontificatus nostri anno secundo.

*TINIENSI ET SCARDONENSI  
Episcopis, & Abbatii Trag.*

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Tiniensi & Scardonensi Episcopis & dilecto filio Abbatii Traguriensi salutem & apostolicam benedictionem. Constitutus in præsencia nostra venerabilis frater noster M. dictus Farenensis Episcopus sua nobis assertione monstravit quod cùm venerabilis frater noster N. Farenensis Episcopus electus fuisse in Archiepiscopum Iaderinum, afferens electionem suam fuisse per sedem apostolicam confirmatam, ad Ja-

298.  
Significat fe-  
mittere Lega-  
tum adversus  
hæreticos.

299.  
De electione  
Episcopi Fa-  
rensis.